Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

nimium durr. nimium diabolica cordasunt hominum. quae adhuc
tantae manifestatione ueritatis obsistunt. Ecce epi pastis unae quos
omnes elegerunt ut pro omnib; loquerentur. conatisunt quantum
potuerunt. ut omnino ipsa causa non agerétur ppt quantus numerus
episcoporum utriusq; pastis de uniuersa africa. & ad iam longinquis
locis carthaginem uenerat. & cum omnis anima suspensa exspecta
ret in tanta collectione quid ageretur. illi uehementer instabant.
ut nihil ageretur. Quare hoc. nisi quia causam suam malam scie
bant. & facillime se posse uinci. si ageretur dubitare non poterant.
Ipse ergo animus eorum quo timebant ne causa ageretur. iam uictos
eos esse monstrabat. Si enim extorquerent quod uolebant.
ut iam collatio ipsa non fieret. nec disputationibus nris ueritas
apparere. redeunt se a curatione quid uobis erant responsuri.
quid demonstraturi. Credo platuri erant gesta & dicturi uobis.
Nos instabamus ut causa non ageretur. illi instabant ut ageretur.
Uos exspectatis uidere quid egeremus. Ecce legite. ubi eos uicimus.
ut nihil ageremus. Forte & uos respondere uis. sicor habere uis.
Nihil ergo acturi. ut quid istis. uel potius qui nihil egistis. ut quid
redistis. Denique postea quam non potuerunt efficere quod cona
tisunt. id est ut causa non ageretur. ipsa actio demostrauit quid
timuerint. Quando in omnib; uicti sunt. confessi sunt enim contra
ecclesiam catholicam quae toto terrarum orbe diffunditur nihil habere
quod dicerent. qui a diuinis scarum scribturarum testimoniis obpressi sunt.
quibus ecclesia designatur. incipiens ab hierusalem. creuisse p loca
in quibus apostoli predicauerunt. Et nomina eorundem locorum
in suis epistolis. & a pastis conscribserunt. & inde diffundi p cae teres
gentes contra istam ecclesiam se non habere causam. manifesta uoce
pfessi sunt. ubi est. euidentissima in nomine dni nri uictoria.
Cum enim confirmant ecclesiam cui nos communicare. Ipsos autem
non communicare manifestum est. olim se uictos esse testantur.